Elementary understood

4.4

Odo of Cheriton, Sermones Dominicales, Egerton ms 2890, f 163, col 2

Item liber quartus dei filius uerbum adbreuiatum qui tam paruis quam magnis ut legere possint exponitur. sicut enim carta in qua scribitur doctrina paruulorum quatuor clauis affigitur in poste, sic caro Christi extensa est in ~~poste~~ cruce. ... cuius quinque uulnera quasi quinque uocales pro nobis ad patrem per se sonant. Cetere circumstantes sunt consonantes et sicut abecedarium uiam aperit in omnem facultatem sic passio Christi aditum aperit Paradisi ubi perfecta erit cognicio. In hoc libro didiscerunt apostoli grammaticam recte scribendi sine barbarismo erroris et recte ~~pronunciandi~~ pronunciandi soloecismo humani fauoris, dialecticam qua sapientes mundi confutauerunt, rethoricam sine leges quibus Romanum imperium adquisierunt, musicam qua dulciter canendo corda hominum sibi atraxerunt et demonium fugauerunt, geometriam ... phisicam qua egrotos curauerunt, immo quod fecit nullus medicus, mortuos resuscitauerunt.

Krit. A. C. Friend